

Puente, Fr. Francisco de la

Oratorio habita Vallisoletana

Academiz

Valladolid, 1826

A

t.167117
C712L4985

R 201043

DE STUDIO RELIGIONIS

AD OMNES SCIENTIAS NECESSARIO.

ORATIO

HABITA IN REGIA VALLISOLETANA ACADEMIA

ab aliis innotescit
etiamq; etiamq; multoq;
R. P. Fr. FRANCISCO DE LA PUENTE
*Ord. Præd. in prædicta Academiâ Doct. Theolog.
et primariæ Cathedræ S. Thomæ pro sua Religione
Moderatore.*

DIE 18 OCTOBRIS ANN. DOM. 1826.



VALLISOLETI: APUD APARICIO.

1826

*Testimonium Domini fidele,
sapientiam præstans parvulis.*

PSALM. 18. v. 8.



Vtq; huiusmodi scholasticis, vos quibus oboe aliis op-
eris, in tunc hinc insurgere possitis, ut si quis
securum sit.

ORATIO.

Nemo me hodierno die ad dicendum idcirco accessisse putet, ut in hac tanta Litteratorum hominum frequentia, de dignitate ac præstantia bonarum Artium, (ut moris est) verba faciam. Novi etenim, quod nullus vestrum ignorat, optimis disciplinis magis congruere praefari quidpiam, quod ad earum verum progressum referatur, quam ad ipsarum laudes, novo aliquo, et singulari argumenti genere celebrandas, orationem exornare. Quid enim est, quod ad optimarum Artium præstantiam, ingeniosè excogitari, aut diserte dici possit, quod ab eloquentissimis Viris jam pridem occupatum, splendidèque ex hoc ipso loco pertracatum non fuerit? Quocirca, ne actum agere videar, nihil de litterarum dignitate, aut præstantia in medium proferam, sed illud tantum totis viribus demonstrare contendam, quod christianæ reipublicæ interest plurimum, ut scilicet una cum integris, purisque moribus, optimarum Artium studia coalescant. In id igitur meam omnem curam convertam, studiosorum Adolescentium animos ad studii Religionis amorem inflammando. Vos interea, meritissime Rector, clarissimi Laureati,

Auditores sapientissimi, vos omnes oro atque obsecro, ut me pro singulari vestrâ humanitatè, bonâque cum veniâ audiatis.

En, perillustris Academia, en vobis via, quam nova studiorum lex monstrat ad verum litterarum progressum faciendum, et ad dignum ornementum in litteris adipiscendum. Dum enim præcipit omnibus Studentibus quintum suorum studiorum annum Religioni Divinæ consecrare; quid aliud facit, nisi manifestam scientiarum omnium, et arctissimam cum virtute necessitudinem comprobare? Nullus certe potest eas satis honestè colere, aut in illis quidquam proficere, nisi ad ingenii elegantiam, et doctrinæ copiam, accedat id quod Religio docet, præclara scilicet vita commendatio. Quid enim litteræ in homine nequam et improbo, nisi gladius in yesani, ac furiosi manu districthus? Tristissima quidem hujus veritatis exempla, quæ nulla unquam ætas satis lugebit, nulla delebit oblivio, nostrorum temporum historiam contemplanti, sese offerunt. Volumina sanè plurima, quorum copiæ in dies obruimur, rem hanc satis apertè testari possunt. Quot in illis insulsa! Quot negligentiae et erroris plena! Quot etiam omnino ridicula continentur! Si ergo Religionis studium semper fuit omnium aliarum scientiarum studio præmittendum; si nobilitas, utilitas, decor etiam hujus scientiæ pertraxerunt exquisiti judicii viros, ut in illa addiscenda insudarent: affirmo, hoc quo

vivimus sæculo, aliam et longè potentiorem esse causam, quæ ad hujusmodi studium omnes debeat vehementius incitare. *Quotus enim quisque est, qui nesciat, nos in ea luctuosa incidisse tempora, quibus undequaque impetitam, indicto crudeli bello, Religionem cernimus?* Videmus typis mandari, et publicæ luci exponi, omniumque manibus versari, etiam juvenum atque muliercularum, opera tenebricosa, in quibus non pars Religionis lasseditur, sed tota penitus evertitur: in quibus Christianæ pietatis officia funditus profligantur. Videmus præcepta fidei, spei, charitatis, et Religionis eludi: justitiæ, societatis, et honestatis vincula rumpi, ac disolvī. Videmus, et lugemus nova quotidie prodire volūmina, ac sub egregio aliquo titulo corruptelas tegere innumerās, ut sordidarum opinionum fæces illustri suco celentur, non secūs ac profundum cœnum, et graveolentem paludem vestit viridanti fronde fragilis cespes. Cernimus et flemus nunquam se latiū effudisse scribendi licentiam, nunquam majorem criminibus veniam datam, nunquam magis contra Deum et naturam peccasse impotentis ingenii humani lasciviam: et post tot corruptelas, nescio quid dicam, nisi ut cum Augustino doleam præsumptionem humanam, et mire patientiam Divinam.

Hinc querunt multi, et conqueruntur non pauci pietate insigne, doctrinâque conspicui, un-

de non multis abhinc annis tanta in doctrina morali irrepsert laxitas, et noviter opinandi libido. ¶ Unde hoc, ajunt, unde hoc? ¶ Unde quod nova quotidie addantur pejora prioribus? ¶ Quo enim Majorum nostrorum pietas? ¶ Quo publici mores? ¶ Quo ille juventutis ardor ad virtutem, ad gloriam, ad sapientiam, abierunt? Innumeris sunt qui quotidie deceptae juventuti proponent, pro pristinâ morum disciplinâ, nescio quam universalem ethicem ad Lucretianos Canones, ex Epicuri hortis decerpitam: et pro mente, ac recta ratione excolenda, ea tantum, quae doceant ad voluptarios sensus res omnes exigere. ¶ Quam lubricæ itaque, his moribus, adolescentiae viae proponuntur! Eiusmodi certè, quibus diutius insistere sine publicâ rerum prolapsione vix possit.

Non me latet, pheu! nec vos effugere potest pestis tam lethalis, tot tantorumque malorum fons et origo. Quia scilicet nonnulli, utinam non in tanto numero essent! narrationes Patrum et Seniorum prætereuntes, propriæ innituntur prudenter; non ad amussim lapidem, juxta philosophi præceptum, sed ad lapidem amussim aptantes; mores non ad normam Canonum componunt, sed Canones ad morum corruptelas turpi accommodatiōne inflectunt: non ad Evangelium opinationes suas, sed ad suarum opinationum præjudicia Evangelium metiuntur: non legibus voluntatem subjiciunt, sed contrâ ad voluntatem, voluptatemque,

legem obliquant, atque contorquent. Cernere enim est, in non paucis Neotericorum lucubrationibus, sententiartum pugnas nullo sacrarum Scripturarum, Canonum, Patrumque praesidio munitas, sed recentiorum Doctorum Syllabo hinc inde vallatas. Dum igitur haec scimus, et novimus hujusmodi mala nihil esse præcipue, quam fucatam incredulitatem, atque impietatem reconditam: eo agendum modo nobis est adversus illa, quo adversus hanc actum est omni saeculo. Ad studium Religionis necessariò veniendum est, cui lex omnis innititur, et à quâ perficitur. Excellentia objecti, quod est ipse Deus Opt. Max. magnitudo consequotionum, quæ sunt sortes hominum in æternum duraturæ, evidenter convincunt Religionis studium cæteris omnibus, cujuscumque generis sint præstare, esseque Viro litterato apprimè necessarium ad id adimplendum, quod solius veri sapientis est: scilicet ad impiorum calumnias diluendas, ad errores profligandos, ad Patriæ, ad Ecclesiae gloriam promovendam, et ad christianas omnes virtutes excollendas.

Habent (satendum est quidem) scientiæ omnes, artesque ingenuæ peculiaria sua decora, semperque summâ laude digni, et de humanâ societate bene mereri dicuntur, qui diutina studia, assidueque labores pertulerunt ut illas colerent, et, ut dici solet, ad umbilicum perficerent; sed eas profiteri cum utilitate ac dignitate non possunt;

nisi ad doctrinæ copiam accedat virtus, cuius tanta vis est, tanta dignitas, atque auctoritas, ut quo illa cumque incubuerit, eo cætera inclinet omnia. Nam cum virtus morum sit quidam quasi spiritus litterarum, hæ vero quoddam quasi corpus virtutis; profectò illa si absit, jacebunt et litteræ, et ipsarum omnes conatus. Si quidem nulla esse potest orationis, etsi gravissimæ auctoritas, nullum pondus, sicubip etiam quantum momenti affert sapientia atque eloquentia, tantum vitæ detrahit turpitudo.

Oportet ergo virum probum existere, qui Philosophus, qui Medicus, qui Jurisperitus est, aut qui Theologi personam sustinet. ; Sed proh dolor! Quam muli sunt hodie qui sapientiæ laude gloriantur, et supra alios sese insolentius efferunt; tam sunt pauci, qui vindicare sibi laudem illam jure possint, et vel ipsum Viri sapientis cognomen meruisse videantur. Nam cum vacuum et inane nomen, nemo peritus rerum estimator, sapientiam esse dixerit, neque eamdem ullo ponendam in pretio arbitretur, nisi arctissimam habeat cum virtute necessitudinem: tum certè quisquis ipsum sapientiæ decus exoptat, is studio Religionis incumbat, quo solo frequentissimum virtutum omnium comitatum potest ante omnia præ se ferre. Alioquin magnum et insigne nomen, quod honestissimarum disciplinarum cultores tulerunt, licentiosioris vitæ famâ obscurat; dum tot illustrium

virorum modestiam, insolente superbiā: continētiā eorumdem, levitate; diligentiam, socordiā: parsimoniam, luxu: sobrietatem, intemperantiā: fortitudinem, ignaviā contaminat, ac corruptit. Præterea studio Religionis discent curiositatem nimiam vitare, qui non contenti quibusdam, quæ in scientiis philosophicis, et liberalibus artibus sunt utilia, audire non cessant, et exercitari in multis, in quibus nihil est nisi vanam curiositatem invenire. Contra quos dicitur Eccl. 3. cap. *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus ejus operibus ne fueris curiosus.*

Jam hæ sunt causæ, Auditores sapientissimi, quibus, meā quidem sententiā, debent omnes studia sua Religioni conferre, ut eā Magistrā discant, quæ porrò virtutes sapientem efficiant. Illum quippe docet sapientem esse, quem in ferendis laboribus, patientia; in rebus adversis tolerandis, constantia; in spernendis voluptatibus, robur animi; in vincendis cupiditatibus, fortitudo, commendant. Sic Philosophia bona est, et utilis, si honestatis, continentiae, fidei, justitiae, cæterarumque virtutum Parens sit, et Magistra. Hoc pacto illam Tullius humanæ vitæ ducem, virtutis indagatricem, et vitiorum expultricem appellat; et Plato, donum, et inventum Deorum immortalium, quó homini majus, aut melius datum non fuerit. Si vero Philosophia per erraticæ rationis ludibria suam brevi luce, absque alio adjumento, Reli-

gionis arcaña pervadere tentet, audax est, perniciosa est. Quidlibet audendi, et producendi libertas ea non est, quae verum efficiat Philosophum, sed quae gravissimorum malorum fons sit, et origo. Impius per illam lectiones dat atheismi, ut in Dictionario philosophico: nefanda cordis sui eructat dishonestus, ut in libro puellæ Aurelianensis: adversus Animam, Religionem, ejusque inconcussas veritates, irreligiosus insurgit, ut in specimine historiæ universalis, alibique sèpe peractum est. Per eam iniquiores, se veritatis defensores inclamat, hincque nulla fermè remanet regula distinguendi à veritate mendacium. Quot itaque, et quanta inexpertæ præsertim juventuti scandala? Necessarium igitur philosophis Religionis studium, cuius est Philosophiam regere, complere, speculationes ejus illustrare, et ab erroribus sartam tectam servare.

Et de Medicina quid loquar? satis est Hippocratem audire, ut quis intelligat Religionis studium medicis esse pernecessarium. Nam præter memorabilem illam de purgatione morali lucubrationem, in quâ non tam medici quam philosophi moralis munus sustinens, à medico pravos mores, avaritiæ labem, et effrenatas animi cupiditates, exulare jubet: plurima alia admiratione digna in libro de jure jurando memoriae tradidit. Intelligebat enim vir prudentissimus medicae facultatis dignitatem omnem esse interituram, nisi ad illam

exercendam, homines probi ac benemorati admoventur. Intelligebat, medici improbitatem nemini non fore periculosam, et magis quam morbus infestam, ac metuendam. Et certè nemo, nisi amens sit, et onini ratione destitutus, incolumitatem suam commissam velit homini, non dico, nequam, sed de cuius probitate, ac fide, minimum suspicari quis possit.

Sed jam tempus est, ut quantum Religionis studium conferat ad Jurisprudentiæ, Theologiæque dignitatem, et præstantiam, clariore arguento percipiatis. Magna laus legum est. Et Apostolus Paulus cum Cæsarem appellavit, immò et ipse Christus reddens tributum Cæsari debitum, legibus usi sunt. Notandum vero, et graviter dolendum, quòd earum studio multi miserandum in modum abutuntur: et cùm debeant in authentica- rum legum notitiâ, cognitione, atque intelligentiâ insudare, amore justitiæ vel sciendæ, vel docendæ, vel exequendæ; ipsi aliud querunt, videlicet, ut permagni habeantur, ut in omni negotio sciant eis, quæ sibi non placent, resistere, vel ut omnes sibi malum ab eis timeant, propter calumnias, et impugnationes, quas movere facillimè possunt. At studio Religionis incumbant, et omnes dissent, quam laudabile sit Jurisprudentiæ studium, à quibus in eo est cavendum, et ad quem finem ipsum dirigendum. Sic Deum habebunt præ oculis, ut si vel judices sint, vel adyocati, sive optimatum con-

siliarii, sedulò dent operam ad ea, per quæ possunt hæc laudabiliter exercere, illaque vitare, quæ in eis sunt reprehendenda. In foro enim quis non videt, quantum valeant præter ingenium et doctrinam, splendor nominis, existimatio hominum, et vitæ præclarè actæ dignitas? quæ quantam in consiliis vim habeat spectata virtus, fidei et Religionis opinio? Omnes virtute, aut virtutis specie, et opinione ducimur: quare Solón admonebat, ne tam juri jurando, quam probitati fides haberetur.

De his autem qui Juri Canonico dant operam quid statuendum esse putatis? Quantum præclaræ huic scientiæ conferat Religionis studium, dubitare poterit, qui materiam de qua agit Jus Canonicum, penitus ignoret. Ea etenim quæ ad hanc scientiam pertinent, partim à jure naturali, partim à jure Divino sunt educta. Ad eam pertinent et dicta Sanctorum, et sententiæ Romanorum Pontificum, et conciliorum decreta, quibus omnibus, ut unusquisque utatur ad utilitatem proximi, et non ad nocumentum, studium Religionis adhibendum est. Sunt quippe multi abutentes jure ad injuriam: studentes diligenter in his per quæ possunt electiones turbare, appellations contra Prælatos suos interponere, et similia: cum e contrâ debeat in scientiâ istâ præferre, non quæ ad causarum prosequitionem, sed quæ ad salutem pertinent, et proximi utilitatem.

Superest tandem, ut optimam, ac penè cunc-

larum scientiarum, ut ita dicam; scientiam, Theologiam scilicet attingam: quae ita cum Religione conjuncta est, ut altera alterius appendix esse videatur. Et re quidem vera, Theologia nihil aliud est quam scientia Divinæ legis, in qua studet *Beatus vir*, de quo in psalmo 118 *revelat oculos meos*. Et in hoc studio beatificatur secundum illud *Beatus homo quem tu erudieris Domine, et de lege tuâ docueris eum*. Déplorandum vero nonnullos Theologiam ita ad superna proclivem, ad humana deflectere; ut omnes difficultates tūm speculativas, tūm morales, non Divinarum rationum momentis sed humanæ probabilitatis fallacibus statēris appendant. Ita, qui seriò, perpetuòque agunt de Deo immortali, de virtutibus christiano homine dignis, de felicitate sempiternâ beatorum, et si vis etiam de poenis impiorum apud inferos præparatis, de quibus omnibus persuassum nobis esse volunt; ipsi longè alias vivendi rationes sequuntur. Ii ad Religionem recurrere debent, in ejusque studio querere thesaurum illum opulentissimum, et inexhaustum divitiarum spiritualium. Ibi virtutum omnium, quæ verè animorum divitiae sunt, documenta traduntur, morborum omnium spiritalia remedia apponuntur, offerturque mensa illa in conspectu omnium parata, in quā pro peccatorum venenis, antidotum; pro necessitatibus, auxilium;

pro adversis, tutamen; pro laboribus, levamen;
pro periculis, securitatem accipimus. Et si quid
negotii cum novatoribus, cum incredulis, cum
impiis, habendum aliquando sit nobis: studio Re-
ligionis continuo, tamquam ad pugnam parati, ad
eos semper accedamus, ut non victa invincibili
Ecclesia, nec nos, Deo adjuvante, in ipsa vin-
camur.

Vos itaque, clarissimi Doctores, bonarumque
Artium Magistri, Adolescentes auditores vestros,
hoc saepe pro dignitate vestrâ, ac sapientiâ com-
monere debetis; ut intelligent doctrinam sine vir-
tute, exitium fieri, atque infortunium. Utinam
nostrâ hâc ætate parentes in liberos suos, egregiâ
indole et ingenio ornatos, tâm sapientes animi
sensus infunderent! Quod si fortè parentes cæco
amore ducti, liberos suos non tâm ad virtutem,
et honestatem, quam ad opes, et præfecturas asse-
quendas, cohortantur; ad vos illud spectat, qui
parentum ipsorum vices, auctoritatemque susce-
pistis.

At longius jam, quam par erat progressi su-
mus. Ut finem itaque dicendi faciamus, ad vos
quotquot iadestis ingenui adolescentes, sese con-
vertit oratio, vos magnopere hortatur, atque obse-
crat. Jam probè intelligitis quousque vestra ducen-
da sint studia, quò ãtatis, quò industriæ nervos in-
tendere oporteat, ut studiorum fructus locupletis-
simos, atque pulcherrimos reportetis. Itaque mihi

vestrūm amantissimo credite, plus vobis, ad studiorum dulcissimos fructus comparandos proderit assiduum ac diligens Religionis studium, quām lectio multiplex, et diurna illorum omnium scriptorum, qui licet in omni disciplinarum genere celebratissimi, nulla tamen probitatis laude commendantur. Virtutem à vobis, pro suo erga vos amore, et sollicitudine, Rex optimus noster **FERDINANDUS** expostulat, patria expectat, parentes exigunt, magistri percipiunt, et quanta maximè possunt sedulitate procurant. Hoc ego à vobis summo jure requiro: sic enim profectò siet, ut et ingeniis, quibus prædicti estis, probè utamini, et ut parentum, magistrorum, civiumque omnium pectora, gaudio et lætitiâ, quam dici potest, maximâ, compleatis. **DIXI.**

lessthan immediately credible, but above all
doubtless it is difficult to conceive of any
assumption, so diligent as Heiligensius himself,
but to suppose, that the author of the
pseudo-Heiligensianus, did not in some
particulars, differ from the original
in his compilation, is hardly to be
comprehended. This is the
most probable, and, I think, the
best explanation of the difference between
the two works, and it is also the
most probable, that the author of the
pseudo-Heiligensianus, was
not acquainted with the original
work, but had only the
pseudo-Heiligensianus, before him.

Thus, conjecture, may

be considered as the best explanation of the
difference between the two works.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

It is, however, to be observed, that the
pseudo-Heiligensianus, is not a copy of the
original work, but a compilation from it.

